

ingenium Damethus, filiâ eius beneficio seruata, ei uxore tradidit, Cherrhoneso illi in dotem attributa. Autor Steph.  
 Syrophœnix] *συροφεινις*, Qui habitat in ora maritima Syriæ, circa Euphratem, cuius pars Idomæa & Iudæa. Iuuen. Satyr. 8. 16,

Obuius asiduo Syrophœnix udu amomo.

Syrpe] Pars quædam silphij. Priscianus eius mentionem facit, & comicus Plautus his uerbis.

Si speras tibi hoc anno multum futurum  
 syrpe & Paserpitium,

Eamq; euenturam exagogam Capuam saluam & sospitem. Ea res magnæ estimationis & precij erat. Quare dicit calumniator apud Aristoph. Non si mihi donaueris Dite ipsum, et Balti silphij. Sed & Syrpe uidetur appellari ipsum Laserpitiu, uoce à Græco nomine silphij degenerante. Solinus apud Cyreneses præterea syrpe gignitur, odoratis radicib. uirgulto herbido magis quâ arbuto. Turnebus.  
 Syrsigabis] Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetua nocte dedit. Author Curtius: apud quem sunt qui legant, syrsigambis.

Syrtis] huius Syrtis, uide Syrtidis, siue Syrtides, f. g. Syrtis (*σῆρτις*) sunt loca circa fines Aphrycæ, Aegypti uersus periculosissima: ab *σῆρτιν*, trahere. Est enim inæqualitas maris & terræ magna, et in uno loco profundissima, in alio uerò satis uadosa. Spiranteq; uento cumulus arena, qui supra mare fuerat, in profundissimas residet ualles: et qui deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et sunt duæ, pares natura, impares magnitudine: quæ dicuntur maiores & minores, et spacio passuum ducentorum quinquaginta milium separantur. Minor à Carthagine trecentis millib. passuum distat, & totidè ambitus. Liu. 4. bel. Maced. 226, Ora est minoris Syrtis, & agri huberis: una ciuitas eius Leptis. Maior quadringentis uiginti quinque millib. passuum. Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 7. cap. 2, Cuius sepulchrum à parte Syrtium maiorum est. Seruius uerò, ubicumq; sunt arenosa loca in mari, Syrtis asserit uocari. Hoc nomen etiâ declinatur hæc Syrtis, & has Syrtis, ut ait Priscianus. Virg. lib. 10. Aen. 136,

In Syrtis in saxa uolans, &c.

Barbare Syrtis. Horat. 2. Carm. ode 6. 1.

Aestuosa Syrtis. Horat. 1. Carm. Ode 22. 1.

Exercitate Syrtis Noto. Horat. Epod. 9. 7.

Gétule Syrtis. Virg. 5. Aen. 11,

Inhospita Syrtis. Virg. 4. Aeneid. 9.

Libycæ Syrtis. Lucan. lib. 1. 99.

Naufraga Syrtis. Silius lib. 17. 128.

Paretoniæ Syrtis. Lucan. lib. 3. 59.

Vastæ Syrtis. Virg. 1. Aeneid. 30.

Sæuas accedere Syrtis. Valer. 9. Argon. 18.

Libycas perrumpere Syrtis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 5.

Patrimonij Syrtis, per translationem. Cic. 3. de Orat. 89. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim.

¶ Syrticus, pen. prod. Adiect. (*σῆρτινός*) ut, Hammon Syrticus. Lucan. lib. 10. 3.

¶ Syrtite, Gemmæ sunt, quæ in litore Syrtium inueniuntur. Syrtite (inquit Plin. lib. 37. cap. 10,) in litore Syrtium, iam quidem & in Lucania inueniuntur, è melleo colore croco resfulgentes: intus autem stellas continent languidas.

Syrus] Syra, Syrum, Possessiuum: item Syrius, Quod ex Syria est. Vnde Syri & Syrij, qui ex Syria sunt. Vide Syria.

Syrus] *σῆρσιος*, prima producta, Straboni lib. 10. insula, è qua Pherecydes Babijs duxit originem. Huius mentionem fecisse uidetur Homerus, Syriam illam appellans,

Insula quæ Syria Ortygia, stat litore supra.

Syrus] *σῆρσιος*, Fossa ubi reconditur frumen. um, Syros, inquit

Curtius libro 6, uocant barbari circa caucasum: quos ita solerter abscondit, ut nisi qui defoderint, inueniri non possint. In ijs condite fruges erant. Plin. lib. 18. cap. 30, Vtilissima tamen seruantur in scrobibus quos Syros uocant, ut in Cappadocia & in Thracia, Hispania & Africa. Budæus contendit scribendum esse per i Latinum, quod facile crediderim: nam Græca dictio non est.

Syrcia] Castellum est penes Segesticam ea in uia quæ in Italiâ ducit, ex Danubij finibus. Strabo lib. 7.

Syrsitos] *σῆρσιτος*, Latine sodalis. Caius iuriconsul. l. ult. D. de colleg. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt.

Systole] pen. cor. f. g. (*συστολή*) Corruptio: figura est, quæ una longa syllaba contra eius naturam corripitur, ut apud Virg.

1. Aeneid. 16,

Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.  
 Vbi Nubrem posuit, quæ naturaliter longa est. nam alio loco longam posuit: ut 3. Aeneid. 64,

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruasse

Syzygia] *συσζυγία*, idem quod coniugium, siue coniugatio. Galē. lib. 8. 9. & 10, De usu partium, Septem illas partium neruorum productiones, quibus sensus à cerebro in uniuersum corpus distribuuntur, Syzygias appellat. Harum prima est neruorum opticum, hoc est, uisiorum, qui circa medium sui coeunt, & Græca literæ imaginem referunt: rursus quæ separati, in oculos recipiuntur, quibus spirituum uisiorum ministrant. Secunda Syzygia nerui in oculorum masculos inserti, motum ijs suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam reliquasq; oris partes defert. Quarta toti palati tunica inserta. Quinta ad aures fertur, ijsq; sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina uisceraq; omnia sensum transmittit. neruosq; recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis laryngis musculis. Est & alia præter has, quæ uersus nares odoratus gratia defertur: quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quod extra craneum non prodeat Galenus in lib. De dissectione neruorum, & libro 8. 9. & 10. De usu partium.

T



LITERA cōsonans, cōgnationem quãdã cū D. habet, ut testatur Quintil. lib. 1. cap. 4. 12. Nam ueteres alexandere, Casantra scripserunt: nos modò Alessader, uel Alexader, & Cassandra. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Tribunis plebis

intrare curiam non licebat: ante ualuas autem positus subfellijs. decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Itaq; ueteribus Senatusconsultis T litera subscribi solebat: eaq; nota significabatur, illa Tribunos quoq; censuisse.

Tabanus] tabani, pen. cor. mascul. gen. (*ταβανός*) Genus uermis, à quibusdã asilus dicitur. Plin. lib. 11. cap. 28. 4, Reliquorum quibusdã aculeus in ore, ut asilo, siue tabanum dicitur placet, &c. Varro 2. de Re rustica, cap. 5. 13. Itaq; quod eas æstate tabani cōcitare solent, & bestiole quædã minute sub cauda, &c.

Tabella, Tabellæ, & Tabellarius] Vide Tabula.

Tabeo] Tabes. Vide Tabes.

Tabereni] pen. prod. (*ταβαρηνός*) Populi iuxta Chalybes, Pomponio lib. 1. quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibereni, uel Tibarani dicendi, teste Hermolao. Iustissimi sunt illi, nec prius prælio congregantur, quam diem, lo-

CUM